Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

non quasi ex ordine dies persequens hoc subiunxit.
sed cum commemorasset eiectus de templo ementes
et uendentes praeter misit quod exiebat inde et hamā
et regrediebatur in ciuitatē. et quod de ficulnea factum ē
et quod mirantibus discipulis de fide uiuere responsum ē
atque his praeter missis in uitu dicens, et erat docens
cotidie in templo. Principes autem sacerdotum et
scribae et principes plebis quaerebant illum perdere
et non inueniebant quid facerent illi. Omnis enim populus
suspensus erat audiens illum. et factum ē in unā dierū
docente illum populum in templo et euangelizante,
Conuenerunt principes sacerdotum et scribae cum seniorib;
et aiunt dicentes ad illum. Die nobis in qua potestate
haec facis et cetera. Quae etiam duo illi commemorant
Unde apparet nihil eis et iam ipso ordine repugnare.
Quando id quod dicit factum in unā dierum ea dies intelle
gitur in qua id gestum illi etiam rauliserunt.
Sequitur matthaeus, Quid autem uobis uidetur homo habe
bat duos filios. et accedens ad primum dixit illi Uade
hodie operare in uinea mea Ille autem respondens ait
nolo, Postea autem paenitentia motus abiit, Accedens
autem ad alterum dixit similiter At ille respondens ait
eo domine et non iit. et cetera usque ad illud ubi ait; et qui co
ciderit super lapidem istum confringetur. super quem uero ceci
derit conteret eum, Marcus et lucas non commemorant
de duobus istis filius Quib; impetratum ē uitirent atque ope
rarentur in uinea m. sed quod post hoc narrat matthaeus
de uinea quae loquuta est agricolis qui per secuta sunt seruos
missos ad se et postea dilectum filium occiderunt et eiecerunt
extra uineam. et iam illi ambo non tacent eodem ordine custo
dito Idest postea quam de baptismo iohannis interrogati
iudaei se nescire dixerunt, et respondit eis Nec ego dico